



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Dominica XXIV. Post Pentecosten.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

5.

*Tetigit fimbriam vestimenti ejus. Matth. 9.*

Placuit Christo non solum imperio suo ac Divina sola potestate , non solum impositione manū curare infirmos , sed etiam sputo illuminare cæcos , imò solo tactu vestimenti sui sanare sanguinifluam mulierem. Ex his miraculosis sanationibus discimus virtutem sacrarum Reliquiarum Christi , & Sanctorum. Mense X. Disc. 296. pag. 405.

## DOMINICA XXIV. POST PENTECOSTEN.

I.

*Tunc plangent omnes tribus terre.*

*Matth. 24.*

Planctus iste omnibus quidem hominibus indicitur: at non omnibus erit perpetuus. Etiam justi terrebuntur & contremiscunt: Virtutes cœlorum commovebuntur. Verùm Christus mittet Angelos suos , qui congregabunt electos ejus. Tota ergo pœnarum moles incumbet in eos , qui Domino obedientes non fuerunt. Mense IX. Disc. 265. pag. 348. à num. 6. ad finem.

2.



2.

*Tunc plangent omnes tribus terræ,*  
*Matth. 24.*

Quantâ eloquentiâ nobis Christus in hodierno Evangelio prænunciat extremum diem ! Vult jam nunc nos plangere propter acerbitatem illius temporis , & meritò , quia universale judicium imminet. Verùm quis maximè planget ? illi , qui animam esse immortalem credere priùs noluerunt , cuius tamen rei veritatem tunc videbunt. Absit à nobis hæc incredulitas , quæ hominem in peccatis obstinatum efficit , & gravissimo judicio obnoxium reddit. *Mense III. Disc. 69. pag. 182.*  
*à num. 8. ad finem.*

3.

*Propter electos breviabuntur dies illi,*  
*Matth. 24.*

Non alia de causa dulcissimus Redemptor futura in novissimis mala prædixit , quām ut eos ad perseverantiam animaret : excitare & firmare etiam spem voluit , dum propter electos ac in fide sua constantes abbreviationem dierum illorum promisit. Quid igitur spei nobis deesse potest ad salutem , misericordissimi Redemptoris voce confirmatis ? Planè desperatio gravissimum peccatum est , cùm inducat in peccata gravissima , & tot salutis remedia sibi præparata repellat. *Mense VII. Disc. 202.*  
*pag. 388.*

4.

4.

*Cum videritis abominationem desolationis.*

*Matth. 24.*

Repetite memoriâ calamitates extremi temporis , quas hodie Christus prædixit : nemo est , qui non cohorrescat . *Et hæc initia sunt dolorum.* Væ nobis , si tunc DEO perfidi inter reprobos numeremur ! Horribilior omnibus his terroribus infernus est , atque ideo jam nunc nobis evitandus , quia eo ipso major erit cruciatus , quo justiorem agnoscemus pœnam . Justissima verò est tum propter offensi Numinis dignitatem , - tum ob offensæ malitiam , tum propter offendentis vilitatem . *Mense III.* *Disc. 80. pag. 412.*



R. P. Calini, S. J. Index. m

IN-